parentum illorum locatis ex utraque parte amicis duobus resar-
cire et restituere, sub vadio similis summae centum florenorum pecuniae.
Tenebiturque praefatus Joan Terlieczki cum suis posteris quos
secum super omnibus bonis suis obligat, cum Bankowicz et eius
successores in bonis praefatis et omnium eorundem ab omni quavis impetitione
iuridica et extraiuridica omnibusque damnis in eorum violentiis
et impedimentis quarumlibet personarum sexus utriusque. Et
ab omnibus et singulis iuribus et inscriptionibus prioribus et po-
sterioribus debitis vinculis reformationibus, adulterationibus cui-
cunque personarum factis et factionibus, cittationibus conditionibus quibus-
vis in bona praefata importatis et importandis, lucris perlucris
poenis quibus vadiis triplicatis ac quibusvis processibus iuris
perductis et perducendis tantum quoque opus fuerit tueri defendere
evincere et liberare bonaque praefata munda et libera facere sub
simili vadio centum florenorum pecuniae. Insuper etiam praefatus
Joan Terlieczki se et suos successores super omnibus bonis suis
obligat et inscribit praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria
praemissionis ante decursum unius anni transportare in hac vel
meliori forma verborum sub simili vadio centum florenorum pecuniae
pro quoquidem vadio seu vadiis sese ipse Terlieczki pop cum
suis posteris praedicto Bankowicz vel eius posteris ad officium
praesentis castrensis praemissionis citare permiserit. Extunc foro suo
quovis proprio omnisso [illegible] eodem officio in primo citationis
termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefato
vadio seu vadiis omnibus exceptionibus controversiis praescri-
ptionibus, suspensionibus, legalibus quibusvis impedimentis
vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, bellis
cologniis conventionibus, generalibus vel particularibus ad
quietationem dilationem non petendis, motionibus appellationibus
earumque prosequendis, poena trium marcarum et triplici poena
ac aliis omnibus generaliter dilationibus iurisque remediis
semotis et in partem reiectis satisfacere cum suis posteris
tantum quoque opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in prae-
missis obstante.

Fredro quietat Jaczimierska

Comparens personaliter coram officio et actis praesentis castrensis
praemissionis Generosus Andreas Fredro de Pliszowicze et in
Chodnowicze haeres foro suo quovis proprio omnisso et praesenti
iurisdictioni se successoresque suos incorporando pro recognovit.
Quia de manibus Generosae Haelisabeth de Pliszowicze con-
sortis Generosi Andreae Jaczimierski summam ducentorum
florenorum pecuniae, ad rationem summae quadringentorum florenorum pecuniae
actis terrestribus praemissionis inscriptae recepit et manualiter
levavit. Ratione cuiusquidem receptionis eandem de summa
praedicta ducentorum florenorum pecuniae quietat, Reliquum vero
summae solutionis ducentorum florenorum huic ad primos terminos
terrestres praemissionis, seu ad primam et proximam positionem

actorum eorundem terrestrium praemissionis iuridicam, quod horum prius
et proximius post congressum Jendrzejowiensem praemissione fuerit
celebratum limitat et prorogat.

Kormaniczki ttr Sieniensky

Comparens personaliter coram officio et actis praesentis castrensis prae-
missionis Generosus Georgius Kormaniczki olim Generosi Stanislai Kor-
maniczki filius, a iure foro suo proprio quibusvis recedendi praesenti
vero castrensi praemissionis iurisdictioni se successores ac bona sua omnia
quo ad infrascripta tantum attinet incorporando et subiciendo publice reco-
gnovit. Quia Generoso Nicolao Sieniensky Bapifero terrae Sanocensis
eiusque legitimis successoribus octuaginta quinque florenorum pecuniae moneta
et numero polonicalis certi veri et liquidi debiti seu mutuatae pe-
cuniae tenetur, praesentisque inscriptionem se et suos successores super omnibus
bonis suis haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus obli-
gat et inscribit pro die et festo sacrae paschae proxime et im-
mediate venturo solvere realiterque circa acta praesentia castrensis
praemissionis reponere et relinquere sub vadio similis summae octua-
ginta quinque florenorum pecuniae in defectu solutionis summae eiusdem
principalis pro tempore suprascripto ad solvendum succumbendo in unamque
summam capitalem et essentiale debitum convertendo. Nihilominus
praefatus Kormaniczki se et suos successores super omnibus bonis
suis obligat praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria prae-
missionis ante decursum unius anni transportare sub vadio similis
summae octuaginta quinque florenorum pecuniae, pro quaquidem summa
seu vadio sese ipse Kormaniczki cum suis posteris praedicto
Bapifero vel eius posteris ad officium praesentis castrensis capitaneale prae-
missionis citare permiserit. Extunc a iure foro suo proprio quibus-
vis recedendi coram eodem officio in primo citationis termino
tanquam peremptorio stare parere respondere, ac pro praefata
summa principali et vadio ab officio non recedendo omnibus
exceptionibus controversiis praescriptionibus evasionibus suspensio-
nibus bellis cologniis conventionibus servitio militari et rei
publicae seu sacrae regiae mtis, ac aliis omnibus legalibus im-
pedimentis, vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori ad
quietationem dilationem non petendis, motionibus appellationibus ea-
rumque prosequendis, poena trium marcarum et triplici poena ac aliis
omnibus generaliter dilationibus iurisque remediis semotis et in par-
tem reiectis satisfacere cum suis posteris tantum quoque opus fuerit
tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Boratinski ttr Almas

Comparens personaliter coram officio et actis praesentis castrensis
praemissionis Generosus Joannes Boratinski de Boratin et in Flosz-
kowicze haeres, monte et corpore sanus exus a terris districtibus
iuribusque suis quibusvis proprio ac foro competenti recedendi, prae-
sentis vero castrensis praemissionis iurisdictioni se successores ac bona sua
omnia nunc habita et in post habendo quo ad infrascripta tantum atti-
net incorporando inviscerando subiciendo, publice per expressumque reco-